Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

spiritus nostro resonet in ore omne per euum. R. Benedicat nos. V. O lux beata.

V. Benedicamus patrem & filium cum sancto spiritu. Laudem. Kyrie. A. Te deum patrem ingenitum te filium unigenitum te spiritum sanctum paraclytum sanctam & indiuiduam trinitatem toto corde & ore confitemur laudamus atque benedicimus tibi gloria in secula. Kyrie. Inv. Deum uerum unum in trinitate & trinitatem in unitate uenite adoremus. Uenite. Ymnus Tu trinitatis unitas. i. n. A. Adesto deus unus omnipotens pater & filius & spiritus sanctus. Ps. Domine dominus noster. A. Te unum in substantia trinum in personis confitemur. Ps. Celi enarr. A. Te semper idem esse uiuere & intelligere profitemur. Ps. Domini est terra. A. Te inuocamus te adoramus te laudamus obeata trinitas. Ps. Afferte d. A. Spes nostra salus nostra honor noster obeata trinitas. Ps. Exultate. I. A. Libera nos salua nos iustifica nos obeata trinitas. R. Deus noster refugium. V. Uerbo domini c. f. s. & spu.

Leonis pape

Credimus sanctam trinitatem id est patrem & filium & spiritum sanctum unum deum omnipotentem. unius substantiae. unius essentiae. unius potestatis. creatorem omnium creaturarum. Credimus patrem a semetipso non ab alio. filium a patre genitum. deum uerum de deo uero lumen uerum de lumine uero. non tamen duo lumina. sed unum lumen. spiritum sanctum a patre & filio procedentem. consubstantialem & coeternum patri & filio.

R. Benedicat nos deus deus noster benedicat nos deus & metuant eum omnes fines terrae. V. Deus misereatur nostri & benedicat nos deus. Et metuant.

Pater est plenus deus in se. filius plenus deus in se a patre genitus. spiritus sanctus plenus deus a patre & filio procedens. Non tamen tres deos dicimus. sed unum deum omnipotentem. coeternum uisibilem. inuisibilem. incommutabilem. R. Benedictus dominus deus israhel qui facit omnia mirabilia solus & benedictum nomen maiestatis eius in eternum. V. Replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat. Et benedict.

Qui ubique totus est deus. totus ubique presens. non per partes diuisus. sed totus in omnibus locis. non localiter sed potentialiter. Qui sine commutatione sui mirabilia creauit. & gubernat creata semper manens quod est. Cui nihil accidens esse potest. quia simplici diuinitatis naturae nihil addi uel minui potest. quia semper est quod est. cui proprium sempiternum est. cui idem est esse uiuere & intelligere.

R. Quis deus magnus sicut deus noster tu es deus qui facis mirabilia. V. Notam fecisti in populis uirtutem tuam redemisti in brachio tuo populum tuum. Tu es deus.

Hec tria unus deus & unus dominus. hec tria idem deus & dominus. uera & sempiterna trinitas in personis. uera & sempiterna uni-